



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

45 Curiales dicuntur, qui ratione curiae Pontificae Romae commorantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

aliquos pecuniis tantum , aut assassinii officio utentes , vel ob particularem inimicitiam impetentes aliquem deferentem vi etualia , merces , & similia alicui particulari personæ ad vendendum , vel donandum , non incident in Bullam Cœnæ Domini , ut per Sayr. eodem capit. 12. numer. 4.

44 Non dicitur in curia Romana morantes, aut venientes ad eam, vel ab ea recedentes , seu eos aliorum opera interficiens, mutilantes, spoliante s, capientes , detinentes , ut per eandem Bull. num. 9. & de quibus per Navar. eodem cap. 21. num. 65. & nomine curiæ non intelligitur Roma, seu cives Romani, sed Sedes, & curia Apostolica; adeò ut oporteat, quod personæ offenditæ vadant ad Sedem Apostolicam, aut ab illa recedant , seu in curia morentur, ratione , & intuitu negotiorum in curia agendorum, ut per Cajet. in verb. excommunicatio, c. 14. Navar. eodem nu. 65. & Card. Tol. in expositione ejusdem Bul. § 7. dub. 1. Ad incurrendum autem dictam pœnam requiritur, quod offensa sequatur 47 in personam accedentem, vel commorantem in curia , seu ab ea recedentem negotiorum, & non alia de causa: nec incurrit, qui in rixa aliquem occidit, vel offendit, ut per Navar. ubi suprà & Sayr. eodem lib. 3. c. 13. num. 3.

45 Appellatione enim morantium in curia, dicuntur curiales, qui ratione curiæ Pontificiæ Romæ sunt, vel alibi cum ipsa curia aliò migrante, sive mediatis, sive im- 48 mediatè Pontifici interviant, sive sint cum Cardinalibus, vel Episcopis, qui adsunt curiæ. Vnde Romani cives, & alij, qui alijs de causis Romæ sunt, non dicuntur morantes in curia. Cajet. in verb. excom-

municatio, & Tol. eodem lib. 1. cap. 25. ver. aliud dubium.

46 Decimò eandem pœnam incurruunt vexantes Romipetas, seu peregrinos ad Vrbem devotionis, seu peregrinationis causa accedentes, & in ea morantes, vel ab ipsa recedentes , & in his dantes auxilium, consilium, vel favorem, ut in ead. Bull. Cœn. Domini nu. 9. Tolet. eod. c. 25. ver. excommunicatio decima, & Sayr. d. lib. 3. cap. 14. nu. 1. & 2. Et ad dictam excommunicationem incurrendam, requiritur, ut offensus sit Romipeta, vel peregrinus, & accedat ad Vrbem Romam, ad visitandam limina Apostolorum, non autem causa curiositatis, licet postea incidenter Apostolorum limina visiterit: & quod offendens probabiliter sciat, offensum tendere Romanam causâ devotionis, ut per Navar. eod. cap. 27. n. 66. & Graff. decis. aur. cap. 18. nu. 114. par. 1. lib. 4. eandemque pœnam incurruunt offendentes stantes, vel redeantes.

Quia tamen privilegium datum ad eundum, intelligitur datum etiam ad morandum, & redeundum. cap. quia diversitatem in si. ext. de concess. prab. cap. statutum. §. proferendo. de rescrisp. in. 6. & Graff. eod. n. 114. Fuerunt enim etiam ab antiquo Romipetæ privilegiati, ita quod illos offendentes excommunicationis sententia invocabantur, ut cap. si quis Romipetas. 24. quast. 3.

48 Undecimò, offendentes sanctæ R. E. Cardinales, Sedis Apostolicæ legatos, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Nuncios, aut eos à suis diocesibus, territorijs, terris, seu dominij, ejicientes, eaque mandantes, vel rata haben-

R 112 tes,